cimen intuentur. Et uero tu Galle beatissime Pater magist,
er perfectissime, cum primis beatus cui non videaris qui tales
posteros tales filios in terris habere meruisti. ubicunq enim
terrarum pulcherrimum hoc facinus memorabitur decantabit
urq, nunquid non dicetur D: Galli illius Alemannia Apost:
oli uiri Sanctissimi coenobium est ubi hoc gestum, ubi hoc fact
um, ibi tanta uiget disciplina, ibi tanta morum integritas
dominatur, non tu hic gaudium capies, non gloriaberis, non tri
umphabis? beatum te igitur ac talibus filiis dignissimum par
entem! beatos nos pueros talis parente dignissimos filios, omnes
nos denique beatos Aud: Urnat: quibus Caelitus obtigit hoc tam sancto
tam celebri tamq praeclaro loco uitae praesentis curtum consuma
re tam illustrem habere maiorem tam uiua tamq propinqua
virtutum exempla intueri, utq et imitari. tuperbiat tanc
Romana nobilitas suis imaginibus gaudeat Mantua tua Virg,
ilio suos heroas iactet Graecia nos decet hoc potius nos rectiq
hoc fecerimus Aud: gloriabimur igitur et in uobis et per
vos egregii Sanctissimi ducis Benedicti tyrones nos in Caelo
ut et facitis haud dubie triumphate gaudebunt erecto
Caelestium beatorumq spirituum cohortes, nos autem mente
ti non corpore spectabimus, comitabimus aggratulabimurq e
throno subeunti ridebit Gallus optimus parens, et cur non
rideat, nos enim nos gloriae illius in Caelis laudis in terris
auxisbis cumulum, nos celeberrimi huius monasterii famam
splendorem, et gloriam, uestra virtute illustrastis longeq
lateq propagastis ô pueri non pueri quid ultra de uobis
dicam, parvuli licet sitis Magni tamen Alexandri Mag
ni Antonii Caroli Magni singuli meruistis nomina, quid